Excell[mo] Summoque viro

IO. ERN. IMMAN. WALCHIO

I. M. Gesnerus S. P. D.

Et florentissimae Societatis Latinae, et tua Vir Exc[me], munera quam gratissima mihi sint, non potes sine aliqua in me iniuria dubitare: quibus quod in praesentia reddam cum plane nihil prae manu sit, et tamen gratiarum agendarum officium ultra differri non patiatur meum in vos studium: ne plane vacuas ad te literas mitterem, descripsi locum Ambrosii Moralis, quo tibi C: an Fratri? sed in tanta vestra et coniunctione, et pari meo in vos amore, errare hic non possum [illegible] esse, ex festinata inspectione Dissertationis, quam vel hic dignam Walchiano nomine putabam, deprehendisse mihi videor. Servet vos Deus, Walchia gens, honori et perpetuo decori Academiae, quam matris instar colo, nati. Mihi plurima libenter tecum fabulaturo sexcenta minuta negotia manum iniiciunt. Vale Vir Exc[me], et animo meo carissime.

Gottingae a. d. 14 Iul. LIII.

7

à Monsieur

Monsieur J. E. J. Walch,

Professeur tres celebre,

à

Franco Jena